PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 200r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Vidi aliquos in persecutionibus fidem quam tenuerunt abnegantes. quod cohors scā aspiciens affligebatur se socios fidei perdidisse. Sed unde tabescebat. ostendit. quia praeuaricator. nequaquam eloquia euangelii custodiuit. qui perseuerauerit usq. in finem. & cetera.

Illud enim principium uerborum dī probatur esse perfectio totius ueritatis. ut est caelum et terra transibunt. uerba autem mea non praeteribunt. Iudicia uero iustitiae ipsius erunt. sine dubitatione perpetua quando eius sententiam nec tempus aliquod mutabit nec res ulla subuertit.

tuis non declinaui.
Vidi preuaricantes
& tabescebam.
quia eloquia tua
non custodierunt.
Vide quoniam man
data tua dilexi dn̄e.
in misericordia tua
uiuifica me.
Principium uerborū
tuorum ueritas. &
in aeternum omnia
iudicia iustitiae tuae.

SIN DENTES.
Scōrum coetus. persecutiones seuientium pro caritate dn̄i sibi dicit ēē gratissimas. Dentes autem quos huius uetere nomen exprimit uel scōrum intellege qui dn̄m laudent. uel persecutorum. de quibus dr̄. filii hominū. dentes eorum arma & sagittae.

Merito ergo seuiuificandum petebat a dn̄o. qui uitam istius saeculi pro uera religione contempserat.

Principes hic persecutores debemus accipere. Sic enim et diabolum principem dicimus. qui sibi primatū in sceleribus uindicauit gratis. formidauit enim a uerbo illo quo ait. qui me negauerit coram hominibus. & cetera.

PRINCIPES
persecuti
sunt me
gratis. &
a uerbis tuis for
midauit cor meū.